

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

lescentem, patri etiam tuo notum esse arbitror. De Formula concordiae lator, eam tandem isthic comprobaram esse. De Edone verò scire velim, an grata ipsius recusatio Electori & aulicis illius Doctoribus existimetur. Bremæimus supererat nostræ Confessionis adjunctus minister, Jodocus Calaneus, qui solus in illa urbe Formulae subscriptus. Illi remoto, Christophorus Pezelius vel Widebumus (ambo enim Bremæ fuerunt) succedere dicitur, fremente & indignante archiepiscopo, qui tamen Senatui & civibus in urbe consentientibus aduersati non potest. Controversiam cum Matthia Bergio, cuius meministi, sospitam esse intelligo. Inter Kemnicium & Jacobum quid agatur, planè ignoro; neuter enim ad me scribit, nec per literas, inter absentes à tanto intervallo dissitos, effici quidquam potest. Spero autem ipsos pro pietate & sapientia sua, quid extrema nostrarum ecclesiastarum necessitas flagitet, consideraturos esse. A Pontificiis, qui speciosissimè nobis discessionem à primo confessionis Augustanæ sensu in multis articulis objicient, ferè magis quam à Sacramentariis, Formulae metuo. Lycophroni illi Neapolitanó Patrem tuum respondere nuper scribebas, tametsi optarim, communī ecclesiastarum nostrarum nomine Apologiam gravem & nervosam procacibus illis opponi: *ιντροχερός αὐτούς μάκαρ*, nisi Herculeo vel Lutherano robore prædita sit. Ego ut gregarius aliquis miles meo loco operam conferre non recuso. Benè vale. Quod de Rege Daniæ & Edone scribo, à me profectum dici nolim. Sed totam epistolam lectam inflammabis. 24. Septembbris.

Cujus manum & animum nosti.



### XXIX.

(Erasmo Marbachio.)

S. D. Reverende & Clarissime Domine Doctor.

Filium DEI ~~αἰτηώμενον εντηγα τὸν ζυγόν τίτανον~~, à cuius Genethliis, quæ salutis nostræ exordium fuerunt, Anni etiam principium in ecclesia ducimus, toto pectori precor, ut Tibi & clarissimo Patri tuo, optimè de ecclesia merito, & toti ecclesiæ & Reipublicæ vestræ Annum felicem, tranquillum & salutarem tribuat, & nos omnes gubernet, doceat & servet. Apud nos epidemia lues, per totam Europam, ut intelligo, vagata, mense Octobri tum alios in hac urbe, tum verò filiam meam Sophiam fustulit, ita ut septem jam liberos, in cœlestem patriam, brevi subsecuturus, præmisserim. Quorum Epitaphia in unum libellum collecta, fratri Philippo Heidelbergam ante aliquot dies misi.

L 111

De

De totius familie vestre, & ecclesie ac Reipublice statu, cupio, per hunc tabellarium recta ad nos redditum, ex tuis literis cognoscere. Tragediam Marianam, in qua tot optimates, de ecclesia optimè meriti, siccis maledicentiae illius publice jugulantur, miror à magistratu non tandem componi. De rebus à Polonia Rege in Moscovia superiori aestate gestis, literas adjunctas mitto. Et DEUM oro, ut ecclesiis & politiis nostris pacem salutarem trahat, & trahatur. Benè vale. Die Brumæ. Anno 1580.

Manum & animum nosti.

(Chytræi.)

### XXX.

(Philippo Marbachio.)

S. D. Reverende & Clarissime Domine Doctor, compater carissime.

**Q**ui has tibi exhibet, David Razius, adolescens ingeniosus & modestus & feliciter in tua patria institutus, sororis meæ filius est, qui locum inter Illustriſſ. Electoris Palatini alumnos in Domo Sapientiæ, à Senatu Ecclesiastico datum esse nuper scripsisti. Beneficium hoc tuā potissimum intercesſione, diligentia & fide ipsi imperatum, grata mente & voce perpetuò agnoscemus, & te, velut alterum parentem, ille colet & obſervabit. Nec dubito, te Duce, eum præclaros in studiis progressus facturum esse. Exhibebit tibi septem liberorum meorum Epitaphia, inter quos secundus est David, cuius tu baptismo testis fuisti, quem præ cæteris vides, bonis versibus Græcis & Latinis ab amicis ornatum esse. Superest unus filiolus Ulricus, qui me oblectat, quamdiu DEO visum fuerit. Filiæ duæ, altera Fredero nupta, altera Juveni cuidam Suevo brevi desponsanda. De senis parentis tui valerudine & totius familie vestre statu cupio ex tuis literis cognoscere. Herculem illum μαρμότην, vel potius Marium, in extrema senecta tumultuantem, & optimum quemque maledicentiae suæ siccis jugulantem, à magistratu Reipublicæ non compesci miror, cum alioquin sapientes politici etiam μαργαρίτας in speciem μιμελάνης διχοτομηδέξια p̄cēdēre jubeant. Uratislavia quidam amicus Antimarbachium etiam se mihi missurum pollicetur. Nunc Frischlini sponsa & Jacobi Andreæ responſo, quod parari audio, magis ille irritabitur. Cujus tamen maledicentia vix ultra, quod jam progrediatur, habet. DEUM oro, ut tristibus hisce vulneribus nostris medeatur & nos gubernet & doceat. Rostochii. Die Brumæ, 1580.

David Chytræus.  
XXXL